

Heinmannus de Nuendorf milites, Hermannus de Isenbere, Henricus et Eberhardus fratres de Tuschewycz, Iohannes de Zwochowe, Hermannus de Taranto et quam plures alii fide digni. Datum Dresden per manum Adolphi nostri notarii anno incarnationis domini millesimo trecentesimo, nonas iunii.

5

301.

Otto II., Fürst von Anhalt, nimmt das Kloster Nimbschen in seinen Schutz.

Schloß Brücken, 1305 Jan. 25.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1767. Das beschädigte S. des Ausstellers in einem durch Lostrennung des unteren Randes der Urkunde gebildeten Pergamentstreifen.

10 *Gedr.: Hasche Magazin 6,507. v. Heinemann Codex dipl. Anhaltinus 3,98.*

Ann.: Vergl. Wegele Friedrich der Freitige 225. 265. Lorenz Grimma 426.

Otto dei gracia princeps de Anhalt et comes Ascharie omnibus presens | scriptum
intuentibus in omnium salvatore salutem. Ut deo dilecte et nobis | filie abbatissa totus-
que conventus sanctimonialium in Nemzen deo liberius deservire^{a)} ac | pro nobis dominum
15 libencius exorare valeant, ipsas cum omnibus earum bonis in nostram recipimus pro-
tectionem precipientes universis nostris officialibus ac precipue nostro advocato in Nuen-
hofe, ne predictas sanctimoniales in ullis offendant, sed in omnibus studeant promovere.
Datum in Brucken castro nostro anno domini M̄ ccc̄ v̄ in die beati Pauli conversionis.

302.

20 *Heinrich Rone und dessen Söhne, Bürger von Grimma, lassen dem Burggrafen Albrecht von Leisnig
ihren ganzen Lehnbesitz in Förstgen auf, damit derselbe dem Kloster Marienthron zu Eigen über-
tragen werde.* 1305 Oct. 25.

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1773. Fragment des Siegels der Aebtissin von Nimbschen (Taf. I, 10)
und das S. des Heinrich Rone (Taf. II, 12) an einem durch Lostrennung des unteren Randes der Urkunde gebildeten*

25 *Pergamentstreifen. Ein 3. S. ist abgefallen.*

Gedr.: Hasche Magazin 6,508.

Nos Heinricus Rone, Hermannus Iohannes Heinricus Thyzco filii eius, cives
Grymmenses | omnia bona feodalia in Vorstehyn, que a vobis, domine reverende Al[berte]
de Lyznic burgravia, in feodum | tenemus, ad manus vestras, domine predictae, presentibus
30 resignamus, ut eadem bona ecclesie sanctimonialium de Trono dei prope Grymmis con-
ferre seu donare iure proprietario dignemini propter deum. Sunt autem redditus ville
supra dictae xxxii solidi preter iii denarios, ii modius tritici, ii modius avene, ii sexa-
gene ovorum et v pulli. In cuius rei testimonium has litteras scribi fecimus et sigilli
patris nostri predicti munimine roborari. Actum et datum anno domini M̄ ccc̄ v̄ in die
35 Crispini et Crispiniani.

301. a) Ueber der Zeile.